Rex concedit quod Cives Gorli„ censes ipsius loco ad Ecclesiam parochialem

quo prænominatos Cives prosequimur,
eisdem omnibus melioribus via et
modo, quibus pro Regiæ nostræ
plenitudine Potestatis efficacius
possumus, damus, annuimus, dona„
mus, concedimus et indulgemus,
Quod ad Ecclesiam eorum Parochia„
lem tempore congruo, quo ipsum
per cessum aut successum vacare
contigerit Auctoritate juris Patro„
natus nostri Regalis, quod instar
prædecessorum nostrorum Bohemiæ
Regum habere dinoscimur, idoneam
personam bina vice duntaxat eli„
gere, nominare ac præsentare ha„
beant præter et ultra videlicet
juris præsentandi cessionem per
divæ Memoriæ Regem Matthiam
prædecessorem nostrum eis fa„
ctam qua similiter binis vicibus
personas commodas ad prædictam
Ecclesiam præsentare habent, de
quo nobis plenam et indubitatam

bina vice per„ sonam eligere et præsentare possint.